

/ Admodum Illustris, et Reverendissime Domine. Literae
tuae laetificaverunt animam meam: eram enim cupiens à longo tempo-
re aliquid audire de rebus antistitis optimi, cuius zelum, et pie-
tatem cum doctrina, et eloquentia non vulgari coniunctam saepe mi-
5 ratus sum. Retulerunt autem fratres mei, qui ex Gallia Romam vene-
runt ad congregationem procuratorum, adhuc vigere in senili, et
frigido corpore spiritum ardentem zelo divini honoris, et frater-
nae charitatis. Quod si multos eiusmodi archiepiscopos ecclesia
haberet, melius res nostrae se haberent. Retulerunt quoque iidem
10 patres Societatem nostram sacro Iesu nomine insignitam, paucos ha-
bere, à quibus aeq ue defendatur, et ametur, atque ab archiepiscopo
viennensi; pro quibus omnibus, et vehementer gaudeo, et Deo primum,
deinde tibi gratias ago. Si quid hic vicissim ego in gratiam tuam
praestare possem, gratissimum esset, si indicares; facerem enim
15 omnino, ut intelligeres, te à me magni fieri, et ex animo diligi.
Valeat igitur Amplitudo tua Reverendissima mei memor in sanctis
orationibus suis. Romae die 20 novembris 1611.

ADmodum ill^{ris} et R^{mae} Amplitudinis tuae

Addictissimus, atque ad obsequendum paratissimus

20 Robertus Cardis Bellarminus.